illorum seorsim et potissimum praefatae consorti suae plenariam facultatem absolutamque ac omnimodam potestatem bona eorundem liberorum suorum post mortem suam derelinquenda disponendi administrandi augendi ac in commodum eorundem liberorum suorum suorum convertendi liberos praefatos honeste educandi filias in matrimonium vel cenobium elocandi dotes competentes de bonis suis ipsis concernentes assignandi et extradendi aliaque omnia bonis et tutoribus incumbentia peragendi et exercendi Promittens et inscribens liberos suos praefatos id totum quidquid per praedictos tutores tam omnes coniunctim quam quemlibet illorum seorsim erit praemissorum actum gestumve fuerit pro rato et grato suscepturos, non secus ac si praemissa omnia per se regnoscentes agerent Salva nihilominus huius tutoriae melioratione auctione immutatione atque cassatione sibi recognoscenti pleno in robore reservata.

H. Rerunda et Rybitkowa Fratri suo germano et coniugi eius cendunt

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus Premisliensis Honesti Iwan et Lesko atque Anna Honesti Iwan Rybitko consors Honesta cum eiusdem mariti sui Ubi tutoris coniugalis personali assistentia et ultroneo ad infrascripta recognitionis consensu fratres et soror germani olim Honesti Nicolai Rerunda filii et filia sani mentibus et corporibus existentes a foro iure Iurisdictioneque sua quavis propria et competenti omisso et Iurisdictione propria post habita Praesenti vero Iurisdictioni Castrensi Capitaneatus Premisliensis quoad actum hunc attinet se cum successoribus ac bonis suis quoad actum hunc attinet totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim et specialiter suo pro interesse recognovit Quia ipsi bona sua propria et haereditaria infrascripta videlicet certas sortes se regentes post praefatum olim Patrem suum in hortulania dicta Makowska Iure divino et naturali successione concernentem Cum omni eorundem bonorum Iure dominii proprietate utilitate titulo haereditario omnibusque et singulis bonorum praedictorum utilitatibus fructibus proventibus redditibus emolumentis obventionibus attinentiis et pertinentiis generaliter

Universis Nihil ex praemissis Juris dominii proprietatis utilitatis tituli
praetextus ac cuiusuis competentiae et praerogatiuae pro se
suisq successoribus aut quopiam alio reseruando seu excipi
endo Verum prout eadem bona se in suis metis et limitibus
ab antiquo extendunt et protenduntur et prout eadem
bona ipsimet Recognites tenuerunt habuerunt et possidebant
ipsosq ltime concernebant ac eisdem seruiebant Jam
ex nunc et de facto Honestis Iwasko Baso fratri suo ger
mano et Annae Harasimkowna coniugibus ltimis Cerdo
nibus et incolis Premisliens in praefato suburbio eorumq
posteris pro summa Quinquaginta sex flor realiter et
de facto per se recognites leuata de qua praefatos Honestos
Basow coniuges leuata et percepta praesentibus quietant emit
tunt liberosq et absolutos pronunciant et faciunt
Vendiderunt inscripserunt et resignauerunt prout praesen
vendunt inscribunt et resignant perpetuo et in suum
Jamq ex nunc et de facto iidem Recognites praefatis Bo
son coniugibus eorumq posteris coram Officio praesenti
in bona praefata praesentibus resignata dant et admittunt
realem Intromissionem et actualem pacificamq possessionem per
Ministerialem quemcunq competentem et Nobiles duos siue etiam
cum ramo viridi iuxta normam et obseruantiam Juris
Maideburgensis dum quacunq voluerint Officio acceptari
Per ipsos Honestos Iwasko et Annam Basow coniuges eo
rum posteros bona praedicta praesentibus vendita et resigna
ta cum suis utilitatibus et emolumentis attinentiis et per
tinentiis generaliter Uniuersis tanquam sua propria et he
reditaria tenendi habendi et possidendi illisq pacifice
et quiete utifruendi ac ad usus suos suorumq succ
rum quosuis beneplacitos libere et effectualiter con
uertendi Habebuntq et tenebuntur iidem Recognites Honesti
Iwan et Lesko atq Anna Kibitowna Perandowie prout
se ac suos successores in et super bonis suis generaliter
omnibus ac summis pecuniariis quibusuis habitis et habendis
supradictos Honestis Iwasko et Anna Basom coniugibus
ltimis et ipsorum Successoribus inscribunt et obligant
praesentibus ipsos et eius successores inscribunt et obligant
Quod ipsos et eorum successores in dictis bonis praesentibus
venditis et ratione eorundem bonorum ab omni et quauis
impetitione iuridica quarumcunq personarum cuiuscunq
Conditionis status et sexus existentium exoriunda In omni
Judicio et Officio Regni semper toties quoties opus fuerit

tueri defendere evincere intercedere et eliberare indemnemq cum posteris reddere. Nec non bona praefata praesen vendita et resignata ab omnibus in genere iuribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus super eadem bona cuiusvis personarum modo quocunque factis et faciend. Tum etiam a quibusvis Citationibus in eadem bona importatis et importandis lucris denique et perlucris processibus Iuris quibusvis in quocunque puncto et gradu iuris dependentibus in quovis Iudicio et Officio Regni obtentis et obtinend. super eisdem bonis praesen resignatis perductis et perducendis emundare et eliberare mundaque et libera semper conservare actionem Intromissionem praefatam. Coram Officio praesenti admissam insuper de bonorum praefatorum praesen resignatorum dum pen... Mem et Hles Officiose requisierit aut etiam cum ramo viridi iuxta observantiam Iuris Maideburgen non denegare imo debebunt et tenebuntur eandem liberam dare et admittere dataque et admissa eadem possessionem et usum fructum praemissorum praefatorum bonorum praenominatorum resignatorum quovis modo tam per se quam per suas quasvis submissas et subordinatas personas non impedire nec adimere ipsosque emptores suos in praemissis omnibus nullo modo iniuriari ita ut eadem bona praesen vendita et resignata iidem Honesti Sadowie coniuges quiete et pacifice praesentis Inscriptionis vigore tenere habere et possidere queant Idque sub vadiis similis summae Quinquaginta sex floren polon per eosdem Recognitores sive eorum successores praefatis emptoribus suis eorumque posteris ob non complementum praemissorum omnium et singulorum tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbent. Pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succumbend ac pro re aliqua praemissorum ex praemissis non completa complenda Citati existentes memorati Recognitores Honesti Iwan et ... atque Anna Honesti Iwan Rybitw consors ... Recundarie fratres et sorores germani sive eorum posteri Ad instantiam supraseriptorum Honestorum Wasko Stasa et Anna ... Rasim... coniugum emptorum suorum sive eorum posterorum Ad Officium praesens Castren Capit Premisliensis ex tunc recessu suprascripto quoad vendam spectat mediante semper in primis bibitis terris tanquam + seu aliud quodvis competens +